Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 39

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 70.



Cod. XXXIX.

Chartac. Fol. min. colum. dupl. Sec. XV.

1. 3. 15.

Thoma de Haselbach Tractatus de decem præceptis Decalogi. 2a–55a

1.

Tractatus de decem præceptis Decalogi. Incipit: „Cogitatum habe in præceptis Dei, et in mandatis „ejus maxime assiduus esto". Hoc tractatus, seu sermones esse Thomæ de Haselbach, me docuit Aschbach Script. Univ. Vienn. part. I. pag. 159., ibique habi„dicuntur ao 1449.

Thomas Ebendorfer de Haselbach Theologiæ Professor in Academia Vienn. multum celebris diem obiit ao 1464.

Plura vide in Khautz Gypsiftr. Oesterr. Gelehrten p. 88. Sqq. Notam quam docte suis viro inussit Aeneas Sylvius in Hist. Friderici III. Imperat. primus cardinalis clariss. Mich. Denis in Lesefrüchten voce Erklärung.

Tractatus de 4 Novissimis. 55b–82b

2.

Tractatus de 4 Novissimis. Incipit: „Memorare „novissima tua et in omnibus operibus Tuis me„morare novissima tua et in æternum non peccabis. „Eccl. VII°. ". De hoc tractatu Aschbach l. cit. pag. 162. hoc scribit: „In codice Claustroneoburgensi Sæculi XV. „Thomæ de Haselbach etiam tribuitur celebris ille Trac„tatus de IV. Novissimis, qui incipit: Memorare no„vissima tua &. Sicut dicit Augustinus &. In Mss. „Canon. Garst. tribuitur Joan. de Hassia. vid. Krauss pag. 203. n. 3. Fabric. autem Bibl. med. et inf. lat. T. 3. pag. 217. adscribit Henrico de Hassia, seu „Langenstain. Verum hic liber typis circa annum „1500 editus tot auctoribus in aliis codicibus adsigna„tur, ut de genuino ejus parente via quidquam certi „liceat statuere". Nec codex noster hanc litem dirimit, nihil enim de authore in eo legitur; in calce adscrip. tum est: „Explicit Tractatus de quatuor novissimis „Vien editus in claustro S. Dorotheæ". vid. etiam Bern. Pez Anect. T. I. pag. LXXIX. in Prolegom.

82v

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 39

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 71.

Sermones. 83a–130b

3.

Sexdecim sermones varii argumenti. Author horum sermonum mihi nondum innotuit. Initium primi est: "Nolo mortem peccatoris ch. In his verbis omnipotens Deus consolatur omnes peccatores ch. Agunt de conversione peccatoris, de dilectione Dei et proximi, et de auditione verbi divini.

Sermones Varii. 134a–194a

4.

Varii sermones. Quatuor priores agunt de peccatis cogitationum, linguae, et operum. 1ma incipit: "Cogitatio eorum apud altissimum; 2da: Auferte malum cogitationum vestrarum; 3tia: de omni verbo otioso; 4ta: Operari oportet dum dies est." Hos excipiunt breves alii Sermones de Septem peccatis mortalibus, quorum primus incipit: "Peccatum cum consumatum fuerit, generat mortem". Post sequuntur breves expositiones decem praeceptorum, quarum initium est: "Si vis ad vitam ingredi, Serva mandata." Deinde sermo sive Tractatus de novem peccatis alienis; incipit: "Ab occultis meis munda me domine ch.". De articulis fidei; incipit: "Omnis qui vivit et credit in me"; ubi in margine notatur Apostoli horum articulorum auctores. – De Septem Sacramentis; incipit: "Samaritanus appropians alligavit vulnera ejus." – De Apostolis sermones tres; incipit: "Ego elegi vos de mundo." – De uno Martyre incipit: "Si quis vult post me venire". – De pluribus Martyribus: "Stabunt justi in magna constantia". – De Confessore sermones duo, primus incipit: "Justum deduxit dominus", alter: "Serve bone et fidelis". –

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 39

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 72.

De Confessoribus; incipit: "Estote parati". – De Virginibus; incipit: "Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito". – In festo S. Michaelis; incipit: "Angeli eorum" etc. Ex quo hodierna die". – In festo omnium sanctorum; incipit: "gaudete et exultate" etc. Ex quo hodie peragitur". – In comem. omnium fidelium; incipit: "Anima mea turbata est etc. Ex quo hodie peragitur dies omnium animarum".

Unius hos sermones esse parentis filios, certum est, nam Sæpius junior fratrem seniorem adducit testem; cujus? me adhuc nescire, invitus fateor. Ejusdem argumenti sermones confecisse Nicol. Dinkelspühelium, testatur Kropffius loc. cit. et Thomam de Haselbach Apfaltrer loc. cit. Sed quoad initia a nostris longe dissonant.

Nic. de Dinkelspühel tractatus de Poenitentia.

195a – 233a

5.

Nicolai de Dinkelspühel Tractatus de poenitentia; incipit: "Ecce nunc tempus acceptabile etc. Duo sunt tempora hominis" etc. In fine leguntur hæc: "Tractatus de Poenitentia et ejus partibus scilicet contritione, confesione et satisfactione editi per Reverendum Magistrum Nicolaum De Dinkelspühel Sacræ Theologiæ Doctorem eximium". Ejusdem Operis meminit Kropffius l. cit. pag. 171.

Tractatus de 7 vitiis capitalibus.

233b – 240b

6.

Tractatus de Septem vitiis capitalibus et eorum filiabus. Incipit: "Superbia est inordinatus appetitus amor propriæ excellentiæ etc." Diversum hoc est initium

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 39

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 73.



ab operibus Nic. Dinkelspühelii, et Thomae de Haselbach ejusdem argumenti. vid. Kropff. loc. cit. p. 181. et Apfaltrer p. 158. Neque idem est cum Suma vitiorum Wilhelmi Lugdunensis.

Jac. Magni Sophilogium.

242a–355b

7.

Jacobi Magni Sophilogium, seu opus de inquisitione divinae sapientiae. Titulum profert: Incipit Sophilogium, cujus finis est amare scientias et virtutes. Praefatio incipit: "Illustrissimi principis regis francorum devotissimo Confessori Domino michaeli divina "providente gratia Episcopo Antüsiodorensi humilis sui "patrocinii Capellanus frater Jacobus magni, ordinis "fratrum Heremitarum Sancti Augustini continuum "affectum". et tum exhibetur brevis totius operis conspectus, quod tribus libris, nempe de amore scientiae, de amore virtutum, et de instructione statuum absolvitur. Ad calcem operis additum est: "Explicit Sophilogium editum a fratre Jacobo magni de parisiis "ordinis Heremitarum Scti Augusti Scriptum per Udalricum fabri de Perching año Mc LXVI (1466.)

154v

Jacobus Magni (: a gallis Jacques le grand appellatur:) Tolosanus, Carolo VII. Francor. Regi a Confessionibus, S. Theolog. Doctor floruit Soc. XV. obiit Parisiis 1422. Magnum Confratri suo texuit elogium Ossinger Biblioth. Augustin. Lit. M. p. 532.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 39

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1737

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)